

PRACTICARVM  
OBSERVATIO-  
NVNVM, TAM AD PRO-  
CESSVM IVDICIARIVM, PRAESERTIM  
IMPERIALIS CAMERAE, QVAM CAVSARVM  
DECISIONES PERTINENTIVM,  
LIBRI DV.O.

De Pace publica, & Proscriptis, siue Bannitis Imperij, Libri II.  
De Pignorationibus, Liber Singularis.  
De Manuum iniectionibus, siue Arrestis Imperij, Tractatus.

PER NOBILEM AC CLARISS. I. C. D. ANDREAM  
GAILL, AGRIPPINATEM, CAES. MAIEST. A CONSILIIS,  
*congesta, & ad utilitatem eorum, qui in Foro versantur,  
in lucem edita.*

EDITIO POSTREMA,

Post ultimam Authoris autionem & recognitionem, diligenter castigata, literarum  
etiam varietate, ad commodiorem lectorum vsum, distincta.

*Adiecta sunt Summaria, Indicesque tam Argumentorum, quam Verborum, Rerum,  
Sententiarumq; insignium, locupletissimi.*



*Esta conforme al Excurda-  
torio de 1690.*

*Por comission del S.<sup>to</sup> Officio.*

*Esteban de Navarra*

*Esta conforme al*

COLONIAE AGRIPPINAE, *decreto de la Sta*  
APVD IOANNEM GYMNICVM, *Suplicacion*  
SVB MONOCEROTE, *del año de*  
ANNO M. D. XCII. *1796*

*Cum Privileg. Caf. Maiest. generali ad sexennium, nono vero ac speciali ad decennium.*

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

*Miguel de la Cruz*

POTENTISSIMO,  
AC INVICTISSIMO IMPERATORI  
RVDOLPHO II. S. A.

REVERENDISSIMIS ET ILLVSTRIS-  
SIMIS, REVERENDIS, ET ILLVSTRIB. S. R. IM-  
PERII ELECTORIBVS, PRINCIPIBVS, CAETERIS-  
*que Ordinibus & Statibus, Dominis suis clementissimis,  
atque benignis, S.*




VMolim, Inuictissime CAESAR, Reuerendissimi, Illustrissimi, Reuerendi, & Illustres Sacri Romani Imperij Principes, Ordines, Domini clementissimi atque benigni, in Augustissimo atq; Amplissimo Maiestatis vestrae, & summo Imperij Iudicio Spiræ, Adessoratûs munere fungerer, ei que annis ferè vndecim, pro virili mea, præessem, quædam, tam decernendis, quàm decidendis causis controuersis, vtilia, quæ vsui meo priuato tû inferuient, succisiva, ac velut subsecundaria opera, obiter adnotauî, quæ temporis deinde successu, in quatuor OBSERVATIONVM CENTVRIAS paulatim excreuerunt, Quas quidè, cum postea quibusdam, melioris notæ amicis, singulari fide & amicitia mihi coniunctis, partim Spiræ, partim alibi, familiariter communicassem, me obnixè rogare & obtestari ceperunt, vt eas in communem Studioforum vsûm, & præsertim eorum, qui in foro Imperij versantur, publicas facerent, ea potissimùm ratione cōmoti, ne post funera mea, alius quispiam perfrictæ frontis Leguleius eas fortè per occasionem nactus, pro suis arroganter impudenterque vendicaret, suoq; nomine, fucatis & superinductis coloribus, in lucem emitteret: multorum etenim ingenia in superbiam & gloriæ cupiditatem ita comparata esse, vt inuerecundè alienos labores pro suis protrudant, & alienis se plumis ambitiosè exornent. Hæc, cum animo mecum sollicitè & accuratius repeterem, adeoq; ex relatione fide dignorum, immò, propria quorundam confessione, compertum haberem, aliquam mearum OBSERVATIONVM, ac præcipuè quidem earum, quæ ad quotidianum Camerae Imperialis vsûm pertinerent, partem, passim, & varijs locis, multorum manibus, aliorum etiam nomine ac titulo, mendosè circumferri, operæ, & honoris precium me facturum existimari, istos meos labores, rudi Minerua, neque eo initiò sine, vt lucem viderent, conscriptos, sub incudem suspensa manu reuocarem, eosque precibus & admonitionibus amicorum victus, communes & publicos facerem. Itaq; ex quatuor illis OBSERVATIONVM CENTVRTIS, quædam obiter & perfunctoriè reuidi, alioque ordine dispositas, in duos tandem Libros congepsi: quorum Primus Iudiciorum ordinem: Secundus, Contractuum & Vltimarum voluntatum materias complectitur: idque eo potissimùm tempore confeci, quo Diuo Maximiliano II. scelicissimæ recordationis, Vestrae CAES. MAIESTAT. Augustissimo Parenti, à Consilijs aulicis, & Libellis supplicibus essem, & à negocijs principalibus vacare nō potuerim, quibus quotidie ita cumulatè & variè distrahebatur, vt pensum meum aulicum vix absoluere, tantum abest, vt aliquid splendoris aut ornamenti, vel extremam manum illis meis laboribus addere, eosque dignè perpolire potuerim. Licet autem hoc delicatissimo



# AVTHOR AD CANDIDOS ET BENEVOLOS LECTORES.



Accipite Candidi & Beneuoli Lectores, iam quartam mearum lucubrationum editionem, commodioris vsus gratia, minori ac portatili forma, publicis literarũ typis impressam, prioribus, uti spero, editionib. multò correctiorem. In qua hoc vnum, quantum potui, maximo studio contendi, ut iuriũ allegationes, Doctorumq; auctoritates in rem præsentẽ appositè, sincera & optima fide haberetis. Cuius quidem laboris & diligentiaẽ meæ, citati textus, accuratæ numerorum distinctiones, & consiliorum initia locupletissimi testes erunt. In quo, etsi plus fortassè laboris, quàm industriaẽ & ingenij positũ sit, vobis tamen, quibus labor hic noster magno frequenter adiumento, & subsidio esse poterit, institutum hoc nostrum, prope sæque voluntatis in studia vestra indicium, officiosum ac gratum fore confido. Videmus enim plerosq; suis in scriptis plenis follibus leges & iura ad ambitiosam, vanamq; doctrinaẽ ostentationem spirare, ut vel paginæ tediosa prolixitate compleant, vel materias ipsi soli exactè & solidè tractasse, & primi perspexisse videantur. Quorum scripta, si nõ populari, sed accuratiore deinde trutina pensitentur, & ad subiectas studiosè reuocentur materias, partim mendosa, plerumq; impertinentia, sæpè etiam falsa esse innotescet. Maiore tamen reprehensione sunt digni, qui alienos sibi labores inuerecundè vendicant, & impudenter adscribunt, non allegatis sincera fide auctoribus, vnde illa desumpserint. Quòd sanè eos, qui iustitiæ sacerdotes, legumq; Magistros sese profitentur, minimè decet, cum in ciuile sit, nõ profiteri palàm, per quos quis profecerit. Cuius quidè criminis Ioachimus Mynsingerus nuper me publicè infimulauit, & ex suis multis retrò annis in lucẽ publicatis singulariũ Observationum Imperialis Camerae Centurijs mutuatũ me esse, meisq; scriptis frustillatim ferè infarcisse, nulla





# PRACTICARVM

## OBSERVATIONVM, TAM AD PROCES-

SVM IVDICIARIVM, PRAESERTIM IMPERIA-

lis Camerae, quàm causarum decisiones pertinentium,

Liber Primus,

AVTHORE ANDREA GAILL

L. C. PRAECLARISSIMO.

EDITIO POSTREMA, diligenter recognita & castigata.

DE CAUSIS SIMPLICIS QVERELAE AD CA-  
MERAM IMMEDIATE SPECTANTIBVS.

### OBSERVATIO PRIMA.

In quibus casibus Camera Imperialis in prima Instantia sit  
iudex competens.

#### SUMMARI.

- 1 *Causa plerunque per viam appellationis ad Camera deoluuntur.*
- 2 *Stylus iudicij pro lege habetur. Ibid.*
- 3 *Causae fractae pacis ad Camera spectant.*
- 4 *Similiter causae Religionis, ratione processum.*
- 5 *Item mandata de non offendendo.*
- 6 *Item mandata sine clausula.*
- 7 *Item pignorationes.*
- 8 *Item causae privilegiorum.*
- 9 *Princeps solus qualiter de suo privilegio cognoscat. Ibid. & nu. 13.*
- 10 *Securitatem principis violans, crimen laesae maiestatis committit.*
- 11 *Privilegia Camerae, & parti insinuanda sunt.*
- 12 *Insinuationes privilegiorum non acceptantur in Camera à privatis personis.*
- 13 *Privilegia non insinuata iudici & parti, nihil prosunt.*
- 14 *Privilegiorum insinuatio fieri debet coram iudice competente.*
- 15 *Vel coram Notario, & duobus testibus.*
- 16 *Constitutio licigiosa possessionis fundat iurisdictionem Camerae immediate.*
- 17 *Similiter constitutio super l. diffamari.*
- 18 *Commissiones ad perpetuam rei memoriam, quando in Camera decerni possint.*
- 19 *Nobiles mediare Imperio subiecti, item Ciues, quò in prima instantia in Camera agere possint.*
- 20 *Princeps civitatem sibi subiectam ubi convenire debeat.*
- 21 *Consuetudo tribuit iurisdictionem, & iudicem in propria causa facit. Ibid.*
- 22 *Civitas Ducalis ubi principem convenire debeat.*
- 23 *Civitas Imperialis ubi conveniri debeat.*
- 24 *In iurisdictione Camerae fundatur ob denegatam iustitiam.*
- 25 *Item propter continentiam causarum.*
- 26 *Et in citatione pro relaxatione iuramenti ad effectum agendi.*
- 27 *Item in mandatis de relaxandis captivis.*
- 28 *Item in causis Fiscalibus.*
- 29 *Et in decernendis promotorialibus.*
- 30 *Item in causis criminalibus ratione nullitatis processus.*
- 31 *Appellatio in criminalibus non habet locum in Germania.*
- 32 *Ex venunciatione fori Camerae iurisdictione prorogatur.*

# DE PACE PVBLICA, ET EIVS VIOLATORIBVS, ATQVE PROSCRIPTIS SIVE BANNITIS

Imperii, Liber Primus,

AVTHORE ANDREA GAILL,  
I. C. PRAECLARISSIMO.

EDITIO POSTREMA, diligenter recognita & castigata.

## CAPVT PRIMVM.

De Constitutione Pacis publicæ, & eius effectu.

### SVMARIA.

- Cæsar Imperij salutem tueri debet.*
- 1 Salus Romani Imperij in tranquillitate consistit.
  - 2 Pœna violatæ pacis publicæ capitalis est.
  - 3 Pacis tempore omnia vernant: & de pacis encomio.
  - 4 Pax nihil aliud est, quàm publica trāquillitas.
  - 5 Pacem turbans publicam libertatem peruertit.
  - 6 Iure, non vi suum quisq; repetere debet.
  - 7 Innocentia metu Constitutionis fractæ pacis tuta existit.
  - 8 Pacis publicæ edictum ad omnes pertinet.
  - 9 Lex sui naturæ vniuersalis est.
  - 10 Ignorantia crassa & supina scientiæ comparatur.
  - 11 Paria scire, vel scire debere. *ibid.*
  - 12 Pacis publicæ Constitutio etiam Ecclesiasticos obligat.
  - 13 Ecclesiastici immediatè Imperio subiecti, ob delictum fractæ pacis amittunt regalia & privilegia, quæ ab Imperatore & Imperio habent.
  - 14 Sed pœna corporali puniri non possunt.
  - 15 Rex licet clericum in persona punire non possit, potest tamen in patrimonio sibi subiecto.
  - 16 Clerici mediatè Imperio subiecti, coram ordinarijs super crimine fractæ pacis conueniri debent.
  - 17 Clerici tam in criminalibus, quàm in civilibus coram iudice Ecclesiastico conueniri debent.
  - 18 Clericis bonis Cæsar protectioni, reprobis terrori esse debet.
  - 19 Laici & clerici socij criminis vbi forum sortiantur.
  - 20 Degradatio clericorum introducta, ne crimina impunita maneant.
  - 21 Index Ecclesiasticus sanguinis pœnam agitare non potest.
  - 22 Degradatio locum habet etiam in Clericis in minoribus ordinibus constitutis.
  - 23 Degradatio duplex est, verbalis & actualis.
  - 24 Degradatio actualis eximit clericum à iurisdictione iudicis Ecclesiastici, secus si sit verbalis.
  - 25 Degradatio actualis est executio sententiæ depositionis.
  - 26 Degradatio in quibus criminibus locum obineat, & n. seq.
  - 27 Degradatio suspenditur, vbi vitæ emendatio speratur, *ibid.*
  - 28 Degradatio ex auctorationi comparatur.
  - 29 Mori nemo in dignitate debet.
  - 30 Degradatio in atrocissimis delictis omitti potest.
  - 31 Clerici ob delictum perpetuis carceribus emancipantur.
  - 32 Carcer de iure Canonico pœna est: secus de iure Civili.
  - 33 Hodie de consuetudine carcer pœna est.
  - 34 Pacis publicæ Constitutio etiam mulieres comprehendit.
  - 35 Paria sunt, aliquid per se, vel per alium facere.
  - 36 Mulieres Bannitæ quid amittant.
  - 37 Mulieres cæteris paribus minus peccant, quàm viri.